22 Mars 1546.

Ioannes Dei gracia
Episcopus Varmien

Venles Dni fratres ſyncere dilecti, Proficiſcitur ad Ecclesia Venlis Dns Ioannes Hannow Canonicus, Confrater, & Nepos noster, à nobis (Dei gra auxiliante) Subdiaconus Ordinatus, vt ex more triginta dies compleat, & numero f: vrarum plene addatur, quem ob id putamus gratiorem charioremq futurũ, quòd frater eius in vrbe Roma, pro commodo f: vrarũ, contra aduerſarum, nris expenſis, quæ ſe ad duo millia ducatorum, cum ijs quæ acceſſerunt, extendunt, per ſeptem annos, res f: vrarum tutatus est, & nra opera quietem ac tranquillitatem Ecclesiæ, & f: vris, hucusq integram conſeruauit, & hoc quidẽ ex mera nra beniuolencia, f: vris, vt non ambigimus, ſatis cognitam, Quas feliciter valere optamus Dat ex arce nra Heilsberg xxij Martij M · D · xlvj

V'nabilibus Dn̄is Prælatis & Canonicis
Capituli Ecclesiæ nostræ Varmien
fratribus ſyncere nobis dilec tis

13v